Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





aliquando cum eis confirmatus fuerit tuos Cum dixit ei
Dñe tecum paratus sum et in carcerem et in mortem
ire Et ille dixit Dico tibi petre: non cantabit
hodie gallus donec ter abneges nosse me Et dixit
eis Quando misi uos sine sacculo et pera et cal
camentis: nunquid aliquid defuit uobis At illi
dixerunt Nichil Dixit ergo eis Sed nunc qui habet
sacculum tollat similiter et peram: et qui non habet
uendat tunicam suam et emat gladium Dico enim
uobis quia adhuc hoc quod scriptum est oportet
impleri in me: et cum iniquis deputatus est Et
enim ea que sunt de me: finem habent At illi dixerunt
Dñe: ecce gladii duo hic At ille dixit eis Satis est.
Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem
oliuarum Secuti sunt autem illum et discipuli Et cum pue
nisset ad locum dixit illis Orate ne intretis in tem
tationem Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus
est lapidis: et positis genibus orabat dicens Pat
er mus transfer calicem istum a me Verumtamen non mea
uoluntas sed tua fiat Apparuit autem illi angelus
de celo confortans eum Et factus in agonia prolixius
orabat: et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis
decurrentis in terram Et cum surrexisset ab
oratione: et uenisset ad discipulos suos: inuenit
eos dormientes pre tristitia Et ait illis Quid dor
mitis Surgite et orate: ne intretis in temptationem
Adhuc eo loquente ecce turba et qui uocatur iudas
unus de duodecim antecedebat eos: et appinqua
uit ihesu: ut oscularetur eum Ihesus autem dixit ei Iuda
osculo filium hominis tra
dis Videntes autem hi qui
circa ipsum erant quod futurum erat: dixerunt ei